

## ΘΗΣΕΤΣ.

ἀπαξ τὰ τοιαῦτ', οὐχὶ δὶς χρῆσθαι λύειν,  
ῷ πρέσβυ. κομπεῖν δ' οὐχὶ βούλομαι. σὺ δ' ὦν  
1205 σῶς ἵσθ', έάν περ κάμε τις σώζη θεῶν. 1210

## ΧΟΡΟΣ.

(στροφή.)

"Οστις τοῦ πλέονος μέρους  
χρῆσθαι τοῦ μετοίου παρεῖσ  
ζώειν, σκαιοσύναν φυλάσ-  
σων ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται.  
1210 ἐπεὶ πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ<sup>1</sup>  
ἀμέραι κατέθεντο δὴ 1215

V. 1204. σὺ δ' ὦν ex Dindorfii coniectura scripsi. Libri σὺ δέ.

est, ne quis invitum me cogat, ut interpretatur Vitus Winshemius. Metuebat enim Oedipus, ne Polynices quoque id ageret, ut se ab hoc loco abduceret. Id et Thesei verba v. 1170 sq. et Antigonae v. 1180. arguunt, Polynicesque ipse v. 1337. comprobant. HERM.

V. 1203. ἀπαξ — ηλύειν] Spectant haec ad ea, quae in prima cum Theseo congressione dixerat Oedipus, recipi se Athenis, tutumque ab iis, qui se repetitum venturi essent, praestari orans. HERM. De sententia confer Philoet. 122: σάφ' ἵσθ', ἐπείπερ εἰσάπαξ συνηνεσα.

V. 1206—1243. Chorus Oedipi, senis miserrimi, molestias contemplatus, qui vixdum receptis, quae a Creonte vi raptae erant, filiabus suis rursus adventu filii infestissimi maximo dolore affectus esset, quem totius vitae humanae, tum maxime senectutis, qua ipse premebatur, mala gravissima luget. Ceterum in hoc quoque carmen cadit quod ad O. R. 836—881. observavi.

V. 1206 sqq. ὄστις τοῦ πλέο-  
νος μέρους χρῆσθαι — ζώειν] Ab uno eodemque verbo χρῆσθαι aptus et genitivus est substantivus τοῦ μέρους et infinitivus, quem commode dixeris explicativum, ζώειν, de qua dicendi forma vide quae

ad v. 499 sq. adnotata sunt. Idem fere quod hic dixit Sophocles, sic extulit Ai. 473: αἰσχοὸν γάρ, ἀνδρα τοῦ μακροῦ χρῆσθαι βίον, πανοῖσιν ὄστις μηδὲν ἔξαλλάσσεται.

V. 1207. τοῦ μετοίου παρεῖσ] Pro genitivo exspectes accusativum, veluti uti dixit Plato de Legg. III. p. 691: έάν τις μείζονα διδῷ τοῖς ἑλάττοσι δύναμιν, παρεῖσ τὸ μέτοιον. Sed vide quae ad v. 432. adnotavi.

V. 1208 sq. σκαιοσύναν φυλάσσων] Similiter dictum atque θυμόν, γλῶσσαν, νοῦν τρέψειν. Ai. 1124. Ant. 1089. MUSGR. De ἐν ἐμοὶ, quod est me in dice, cfr. Trach. 580. ed. meae.

V. 1210 sqq. πολλὰ μὲν — ζγγυτέρω] Insolentior dicendi forma est, ita ut ambigas, utrum πολλὰ sit accusativus obiecti, ex verbo κατέθεντο aptus, et λύπας genitivus, pendens ex adverbio ζγγυτέρω, an λύπας pro accusativo habendus sit, ex verbo κατέθεντο aptus et πολλὰ idem significet atque πολλάνις. Illud tamen dubitari non potest, quin hanc sententiam poeta extulerit: quo quis diutins vivat, eo plures ei preferendos dolores esse. Ceterum αἱ μακραὶ ἀμέραι idem est atque longa aetas, ut dixit Virg. Aen. X, 549. longi anni.